

2038.

1315 d. 13 Nov.

JOHAN BÆR testamenterar $\frac{1}{2}$ åtting i Husaby i Grenna till Alvastra kloster, der han väljer sig grafställe, med förbehåll, att om han skulle efterlemna barn, och dessa inom ett år efter hans död vilja föra hans lik till klostret, kunna de återlösa egendomen med 40 mark penningar; men om detta försummas, skola munkarne hemta hans lik och behålla gården; hvarjemte gåfvor bestämmas till kyrkor och kloster m. m.

Örnhjelm's afskr. Kyrko- o. Klosterbref. VII: 1062*).

In nomine patris, filii et spiritus sancti Amen. Ego JOHANNES dictus BÆR mente compos et corpore validus, considerans, quod omnia que sub celo sunt, ex nihilo condita sunt, et ad suam originem tendunt vniuersa, et hoc solum de rebus transitoriis post huius vite transitum non transire dinoscitur quod ad pietatis opera misericorditer erogatur. Ideo in semper benedicto Trinitatis nomine, de rebus mihi ab ea licet immerito largissime concessis, Testamentum meum condo in hunc modum. Imprimis Monachis in Alvastro, apud quos diutina deliberacione mihi eligo locum sepulture, confero dimidiam partem octonarii Husaby in Grennum situm, si me absque liberis de hac vita migrare decreverit clemencia salvatoris. Si vero me prolem superstitem habere contingat, volo ut funus meum deferri faciat infra annum post diem obitus mei ad claustum memoratum, ac predictis Monachis XL marchas integraliter persolvant, alioquin sepredicti Monachi funus meum ad locum memoratum decenter devenire facient, et sic eis predictus dimidius octonarius cedat perpetuo possidendus. Item [ut] multiplicatis intercessoribus pater misericordiarum facilius ad misericordiam inclinetur, lego ecclesie in Rugbyerhum duas marchas, et sacerdoti ibidem unam marcham. Item ecclesie in Jarunxthorp dimidiam marcham, et dimidiam sacerdoti. Item ecclesie in Bancharyud dimidiam marcham et dimidiam sacerdoti. Item fratribus Minoribus Junacopie lego unam marcham. Ad ista data atque legata singula persolvenda impignero predium meum in Magnusaryud, sicut Reverendis viris atque discretis, domino Abbati in Alvastro, et domino meo carissimo domino Laurencio Ulffson, nec non et consanguineo meo Magno Siggasson, quos ego peto atque constituo fieri executores huius mei Testamenti irrevocabiliter ordinandi taliter, quod si heredes mei hanc donacionem meam ante annum, post diem obitus mei non adimpleverint, ipsi executores predictum predium licite vendere possunt pro competenti precio, de quo precio primo persolvant Testamentum reliquum autem cedat in meorum usus heredum.

*) Enligt Örnhjelm's anteckning, collat. med originalet, som dock synes vara mindre troget återgifvet.

In huius rei evidenciam sigilla discretorum virorum, scilicet Reverendi domini Abbatis de Alvastro, et domini Laurentii Ulfsson et Magni Siggasson una cum proprio duxi apponenda. Datum Anno domini M. CCC. XV. in die Beati Briccii Confessoris.

Alla fyra sigillen hafva varit borta.

2039.

1315 d. 21 Nov.

Lund.

Biskop MAGNUS i Wexiö, Kaniken ULF från samma ställe och Kyrkoherden Bo i Gårdsby afgifva berättelse om utvalde Ärkebiskopen Olofs invigning i Lund och den ed han dervid aflagt, samt intyga att Upsala Kapitels ombud, Magister Nils och Thomas, begärt samme Olofs stadsfästelse och invigning.

Örnhjelms afskr. Kyrko- o. Klosterbref. I: 681 *).

Vniuersis presentes litteras inspecturis MAGNUS dei gracia Episcopus Wexionensis et ULPHO Canonicus ibidem ac BOECIUS curatus ecclesie Gardby diocesis eiusdem salutem in domino ¹⁾). Presentibus litteris notum facimus et testamur, quod nobis presencialiter assistentibus Lundis confirmacioni et consecracioni Venerabilis in Christo patris ac ²⁾ domini Olavi dei gracia in Archiepiscopum Upsalensem consecrati, ipse dominus Olavus profitebatur publice in hunc modum, nullo penitus verbo addito vel remoto. Ego OLAVUS Upsalensis ecclesie sedis ordinandus Episcopus, et sacrosancto ministerio vestro predicacionis officium suscepturus, profiteor sanctam et ineffabilem trinitatem, patrem et filium et spiritum sanctum unum Deum naturaliter esse, unius substancie ³⁾, unius nature, unius Maiestatis atque virtutis, coeternum patri ac ⁴⁾ spiritui sancto filium in tempore confiteor de eodem spiritu sancto conceptum, et de Maria virgine natum credo, qui passus pro salute hominum ad infera ⁵⁾ descendit, indeque victor resurgens et in celos adscendens, venturus et [o:est] in fine seculi, ut reddat singulis secundum opera ipsorum, preterea instituta ac precepta quatuor principalium synodorum, videlicet Niceni, Constantinopolitani, Ephesini et Calcedonensis, Canones quoque, synodos et decreta que orthodoxa fides suscipit, me suscipere et predicare velle confiteor, hereses ac ⁴⁾ schismata, et quicquid sane fidei adversatur condemno et anathematizo, tibi et privilegio tuo, sancteque Lundensis ecclesie, tuisque successoribus secundum sacros canones et decreta Sedis Apostolice, ex sacris canonibus ac legibus promulgata, pro scire et posse meo, in quantum mei antecessores obedierunt et subditi fuerunt, pro eiusdem quoque metropolis

*) Enligt Örnhjelms anteckning, "collat. med orig. permebr." — En annan afskrift, med samma anteckning, förmodligen efter ett annat original-exemplar, finnes i Örnhjelms Kyrko- o. Klosterbref, IV: 1621, med följande betydligare olikheter: ¹⁾ domino sempiternam. — ²⁾ "ac" utelutet. — ³⁾ sciencie. — ⁴⁾ et. — ⁵⁾ inferna. —